

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Obedientia q  
cum fontibus primis

Optimum in moribus dixerim

qui etiam nullo prorsus resistat prioribus  
aut inuideat paribus aut subiectis

in superbia praesit, prelati obediens,  
sociis congruens, subditis utiliter  
condescendens,

Deo deuotus, magistro subditus,  
senioribus obediens,  
minoribus obtemperans,  
angelis placens, uerbo utilis,  
corde humilis, omnibus mansuetus.

Bernardus super Cantica.

Optimum autem in moribus dixerim,  
et summam disciplinae huius perfecte  
apprehendisse, cui totas has cellas  
absque offendiculo percurrere et circuire  
donatum est:

qui in nullo prorsus aut resistat prioribus,  
aut inuideat paribus, aut subiectis

vel desit in cura, vel

in superbia praesit; praelatis oboediens,  
sociis congruens, utiliter subditis  
condescendens:

quod quidem perfectionis insigne  
haud dubius sponsae annuerim.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones  
super Cantica canticorum*, 23, 8 (SBO 1,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais  
eds., p.144, ll.10-16).

Post haec conversare  
simpliciter inter fratres,  
deuotus Deo, magistro subditus,  
senioribus oboediens,  
iunioribus contemperans,  
angelis placens, uerbo utilis,  
humilis corde, mansuetus ad omnes.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 87,  
8 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.229, ll.10-13).